tius antidoti precij præuertat. duodecim enim drachmas, praeter id quod in Hedra croo apponi debet, tota Andromachi compositione recipit, quae is libras parum exceedit. Vix tamen crediderim, syncerū & recens afferri. Nam quod haec tenus uidere potui, odore, colore, substâlia, longe a qualitatib. ueri distabit. Sed & Gal. uarijs adulterari id modis queritur, inueniriq; in optima Myrrha Opobalsamum, quod intra corpus assumptum, mortiferū esset: nisi forte extra hoc periculum nos sumus, qui nō optima solum, sed bona etiam Myrrha caremus. nam quæ Myrrhæ loco habetur, pro odores ueritatis teterrimum uirus obolet. Hæc Manardus lib. 6.

O P S

opofayixa, Athenæus uocat Opsoniorum instructiones, & ea quæ obsoniorum uice sumuntur. lib. 1. Dipnosophistarum.

Opsago, Solanum somniferum. Dio. li. 4. c. 76.

O P T

optikoi, nerui dicuntur, qui uisuum spiritum ad oculos deferunt: quib. abscessis, accepto in temporibus uulnere perit uidendi facultas, tanquam extincta lucerna.

Optime habere dicimus, animal, stirpem, & rē quālibet, cū optime suā functionē obit. ueluti ficus optima est, cum optimos, plurimosq; ficos affert: & sic de alijs. Gal. 1. tem.

Optima corporis constitutio, si ad substantiam eius species, & quæ optimo temperamento fit, est, quæ figurā partiū egregie ad functiones cōparatam habet. Ad hæc, quæ oīnum numerū, tū magnitudinem, tum omnī earum inter se contextum ad actiones idoneum exhibet. Vide Gale. 1. de sanit. tuen.

Optimus Medicus, qui cuncta operatur in medendi facultate, prout ratio dicit. Gal.

in Definition.

O R B

Orbiculata poma dicuntur sic a figura orbis, Orbiculata, herba Barbaro, & Dioscoride uidetur esse Clinopodium. In Coroll. Clinopodij uide Barb.

Orbiculata. De his mentio fit a Cœlio scribente: Malis orbiculatis esse pasti uidetur.

Plin. autor est, Orbiculata dici ex figura orbis in rotunditatem circuacti. Col. li. 12. c. 45.

Orbiculata, quibusdam Cyclaminos.

Orbici dicti sunt, quos uulgas uocat triscos, græce τριχισκον.

O R

O R C

Orcæ, huius beluae imago nulla repræsentatione exprimi potest alia, quam carnis immensæ, dentibus truculentæ. Plinius lib. 9. capite. 6.

Orcæ, uasa sunt fictilia, quibus penora conduntur. Persius,

Menaç quod prima nondū defecerit orca. Apud eundem accipitur pro uasco aleatorio, scribentem Augusto. Collo non fallier orca. Apud Plinium Orca belua marina formidandæ uastitatis & formæ. De orcis fiscarijs, id est, quibus fici conduntur, sic inquit Plinius. 15. At ubi ficorum copia abundant, implantur Orcæ, in Asia cadi. Columella lib. 12. cap. 15.

Orci tunica, Anemone herba.

Orci tunica. Vide, Nardus Celtica.

Orchis, idem quod Cynosorchis, apud Dioscoridem lib. 3. cap. 142.

Orchites, testiculares oliuæ.

ορχος βόλρος εισ ὅμι τηλίτεται τὸ φυτὸν πρὸς μαχεῖσθαι.

ορχατὸς ἐπὶ τὴν σίχον φυτείαν, περὶ τὸ ορχεῖον. Theod. interp.

Orchis, species oliuæ est, & nomen Orchis, siue Orchites. Vergilius tria oliuarum genera dixit illo uersu:

Orchites, & radij, & amara posia bacca. In codicibus mendosis legitur, Orchades. Autumant Graeci atque, Orchites dici a forma testium, qui Græcis ορχεῖς. Vnde & beatonem, quod genus est accipitris, Triorchen uocant: quia scilicet tres numero testes habet. Colum. lib. 5. cap. 6.

ορχεῖς ιωποτάμου, testiculi hippotami.

Orchoselinon, idem quod Oreoselinon, apud Dioscor. lib. 3. cap. 74.

O R E

Oreoselinon, caule Anethi, de quo uide Dioscoridem lib. 3. cap. 74.

ορέσειον, id est, Helenum. Lege, Helenion, ορέσις, cibi appetentia: estq; ea uox Græcis tam tetra in ea significatione, ut non sit ueritus in Satyra Poeta latinus dicere:

Rabidam facturus orexi.

ορέσειος προκλητικός, que appetentiā satiat.

O R G

Organum. Docet Vitruvius nomine Organî machinas significari multipharas in architectura. Columella lib. 3. capite. 13.

Organica, id est, instrumētaria, pars est chi-

O R

rurgiæ, que per cathacismū dispositionib. non naturalib. opitulatur, & per curatiōnem non affecta ossa sanitati restituit.

O R I

Oribasius Sardianus, familiaris Juliani principis fuit, a quo etiam κοιτίσωρ Constantinopolitanus factus est. Scripsit Medicinæ libros. 72. ad Julianum, eorumq; επιτομὴ libris. 9. ad Eustathium filium. Item de regno, & de affectib. Hec fere Suidas. Eunapius in Sophistarum uita sic: Oribasius, inquit, Pergamæus genere, in eloquentia pariter & medicina profecit, Julianog; propterea medicus fuit accessitus. Inuidia deinde succendentium Principum, rebus suis spoliatus atq; priuatus, in exilium ad Barbaros missus est. Vbi tamē animo semper Philosophico instructus fuit. Tanta apud Barbaros gratia, & in opinione fuit, ut fere pro Deo haberetur: placatis tandem Principibus, rediit, bonaç amissa recuperavit. Alij Pergamensem faciunt. Quicquid ueterū erat cōmentariorum, in compendium contraxit: idq; ea diligentia, ut iam non alia legisse, sed propria inuenisse dicebatur. Vnde uulgo celebratum id de eo erat: ἄξιος εν σεβίας δίου δριβεῖται. Scripsit Euporiston lib. 11.

Medicinae Compendium lib. 1.

Curationum lib. 1.

Trochiscorum confect. lib. 1.

De Simpliciis lib. 1.

Origanis, Marum, apud Dioscoridem libr. 3. cap. 47.

Origanum, & Origanus dicitur, producta quæ ante ultimā est syllaba. De Origanō egit Dioscor. lib. 3. cap. 30. Plinius libro. 20. capite. 17.

Origanum, Chrysospermon, & Chrysogōnon, apud Dioscoridem lib. 4. cap. 59.

Origanum Creticum, Origanum odoratū.

Origanum Eryngium, apud Dioscoridem lib. 3. cap. 23.

Origanum, Geranij genus alterum, apud Dioscor. lib. 3. cap. 130.

Origanum Heracleoticum, ab nostris Cunilaca, siue Cunila gallinacea, ab Heraclea Ponti dictum, teste Plauto in trinummo, ubi inquit: In Ponto, ubi absinthium fit, et Cunila gallinacea, sub qua tam Creticum, q; Aegypticū intelligunt. Vide Barbarū in Coroll. Organi.

O R

Origanum Heracleoticum, hisopo folium simile habet; de qua Dioscor. lib. 3. cap. 30. Origanum Onitis, candidior est folio, non diffimilis hisopo. Vocatur et alio nomine Prasion. Quidam & Orinthia, id est, Gallinaceum. Dioscor. lib. 3. cap. 31.

Origanum sylvestre, folijs est Origani, ramis tenuibus palmum altis, in quibus umbellae anethi insunt. Dioscor. lib. 3. cap. 32. Oricola, herba cuius colore uestes inficiuntur, prouenit in insulis Canarijs, ut inquit Aloysius Nauigationis suae cap. 8.

Oris columella, uuuula uulgo. ὄρειμαλίδες, poma quæ Theoc. in Bucol. montana appellat, alias sylvestria poma.

Orinda, panis ex orindio concinnatus, seminis id in Athiopia peculiare genus est, sesamo persimile.

Orizelon, Aiuga, uel Chamœpitys, apud Dioscor. lib. 3. cap. 176.

O R M

Orminon, Stachis, & Leucographis, quomodo ab inuicem differant, uide in Herbarij nostritomo. 2. & passim in lib. Nicolai Leoniceni de erroribus Medicorum.

O R N

Ornios, Cheranion, Anemone.

ὄρνιθοσκέος, gallinarum locus, ubi aluntur gallinæ.

ὄρνιθοφορία, Græci ὄρνιθε gallinā uocant, & alitem, τροφὴ alimentum. Vnde Ornithophoria, loca nominamus, quibus gallinæ inclusæ saginantur. Dicuntur & Ornithones. Generali uocabulo, sunt auium receptacula, Auiaria. Lata dictiōe nominantur Gallinaria. Colum. lib. 3. cap. 2.

ὄρνιθες. Lege, Gallos Gallinaceos.

ὄρνιθός αλοφ, quod si interpreteris, sonat, galina lac. Lege, Ornithogalon.

Ornithia, Fauonium uentum, quidam Chelidoniam uocant, ab hirundinis uisu, quæ græce dicitur χελιδὼν. Tunc enim incipit flare, cum hirundines aduentant per uer. Nonnulli appellant Ornithiam, ab aduentu auium, quæ græco uocabulo Ornithes nominantur. Plant autem uenti Ornithia, ut docet Plinius, uno & septuagesimo die post brumam. Aristoteles quoq; in secundo Meteorum tradit, Ornithias flare post brumam, esse Etesias debiles. De Etesijs alibi plura. Columella libro undecimo, capite secundo.

O R

Ornithiae item uenti septentrionales per. 30. dies esse solent, atq; cum hirundo aduenit. Quanq; alij legant Ornithiam. Vide Barbarum in censura Pliniana. Sunt autē ad sinistram ipsius Solani.

Ornithones, septa in quibus aues pascuntur, græca dictione, siquidam ὄρνιθες dicitur auis & Gallina. Boetius composuit Ornithogonia, id est, de auium generatione. Lege Varronem, & Gellium, qui te docebūt quid sint Ornithones. Idem M. Varro Ornithoboscion nominat gallinaria, id est, loca quibus gallinæ inclusæ pascuntur. Columella lib. 3. cap. 1.

Ornithogalum, gallinæ lac, caulinulus est tener, candicans, tenuis, sesquipedalis, tribus, aut quatuor in cacumine mollibus agnatis: a quibus flores prodeunt foris herbacei, & cum hiantet se pandunt, lactei. Inter quos dissectum ut miluo capitulum emicat. Vide Dioscoridem libro secundo. Plin. lib. 21. cap. 17.

O R O

Orobax, Pœonia, apud Dioscoridem libro 3. capite. 158.

Oobelion, Pœonia, apud Dioscoridem lib. 3. cap. 158.

Orobias, minores thuris guttulas appellat.

ὄροβάγκη. Lege, Erui angina.

Orophe. Lege, Crocodilos.

O R P

Orphus, piscis. Plin. lib. 9. cap. 5.

O R R

Orrodia. Vide, Orron.

Orrhopygium, Græci uocant ultimam in animalibus renum partē, quæ sedi superueniens, anum ex superiori parte integrat, in auibus manifestiore quam in homine. Non habet hæc pars latinā appellationē.

Orron & Taurum eam uocant partē, quæ testiculos interiacet. Vnde Orrodiā, pro formidine interpretantur: quoniā in timore bruta eam obtegant partem, inserta cruribus cauda. Hinc ὄρφωπυγιστός Melanurum uocant. Dicitur id item Perinæon, & Teramis, definitq; in sedewi quā δακτύλιος uocant. A taurō apud Magicos deriuatur ἀταύρωτος pro uirgine, quæ si sine taurō.

ὄρφωπυγιστός. Vide, Taurus.

ὄρφωγαλάκτος, serum lactis; de quo uide Dioscor. lib. 2.

O R

O R T

Orthocola, uel stillosa, dicuntur iumenta, quæ contractionem neruorum patiuntur in pedibus, & de capitibus unguilarum calcant, & sunt rigidi articuli, plenaſq; unguis in terram ponere non possunt. Vegetius lib. 2. cap. 54.

Ὥρθόνεγος φρίκη, apud Sophoclem uocatur horror pilos surrigens, uelut ὄρθοθέτης. Ὥρθοννοία, creber anhelitus ex pulmonis uitio. ἀπὸ τοῦ ὄρθος καὶ πνόη. Vocatur & ἔσπια.

Ὥρθοσασις, affectio ubi surrecti stamus, nervis posterioribus contractis.

Ortigia. De Ortigis lege Solinum cap. 18. ad longum; & inibi de Orthigometris.

Orthigometra. Lege, Ortigia.

Ὥρθοσός, gallus gallinaceus. Sic Alexander regis frater Alexarchus eum uocauit, q; manet titillaret.

Ὥρθραγοστόνος, lacteus porcellus, sic dictus, quia sub matutinis olim uenales erant.

Ortygia, Plinio Plantago.

Ortyx, Plantago apud Theophrastum.

O R Y

Oryges, ex genere caprarū sunt: a quibusdam soli dicti contrario pilo uestiti, & ad caput uerso. Iuuinalis. Et getulus oryx. Item Epigrammatista: Senuus oryx constat, qui mihi morte canū. Scribit Plinius, Orygem esse unicornem, & bisulcum. Idē tradit in Aphrica generari Orygem perpetuo sicutientem, ex natura loci potu carent, cum mirabiliter efficax sit ad remedias sicutientium. Namq; Getuli latrones eo durantur auxilio, repertis in corpore eorū saiberrime liquoris haustu uescicis. Colum. libro. 9. cap. 1. Hęc bestia orientem Caniculam contuetur, & adorat: nasciturq; præcipue in Getulia.

Oryposal, malum, qñ unguis obuncantur: quod tabidis interdum accidere uideamus. Oryza, frugum generis est, in paluſtribus, riguisq; nascens, mediocrem cibum præstat. Quidam hordeum Galaticum, quia graue sit, atq; candidum, appellant: peregrinū initio semen, ex Indiacq; primo ablatum, simile Zeę, aspectu Lolij, magna parte in aquis, cubitorum quaternum altitudine: ceterum effundit non spicam, sed milij modo ac panici iubam. Hodie in multis locis prouenit, cępiceq; serietā in Germania.

O R

O S

Os, pars ea, qua cibum recipimus. Aristot. lib. 1. de Natura animalium.

Os quidem, secundum Platonē, est medulla a calore concreta. Secundum uero non nullos Medicos, est compactio terrea, solida, & sensus cuiusvis expers, sine sanguine. Sensus inopia, atq; inæqualitas chartilaginum unguium communis est. Aliter. Ossa sunt corpora sicca, terrestria, frigida, & sensus expertia. In ossium concavitate medulla est contenta, pinguis, sine sensu. Galen. in Definit.

Os genitale, partem hanc pudendam nuncupari accepimus, quā uulgaris hodie uuluum. Idem carnis tuberculum hiulcum, bifidumq; nominat Bonaciolus.

Os maius, quod totum fert crus.

Os mundi, Christoffels kraut.

Os sacrum dicitur, ubi desinunt sphondyli, a lato incipiens, in angustum desinens ubi coccyx est, quæ & sphondylion, & orhopodium nominatur. Vide ἵερος ὄστη.

Os uentriculī, sæpe per abusum pro stomacho usurpatum. Galenus de sectione uenarum libro. 1.

Os uentris magnū, ubi cohaeret stomachus uentri.

Ossa duobus modis sunt composita: articulo, & conglutinatione. Commissura, est ossium immobilem. Articulus, est ossium secundum naturam uolubilem.

Ossa concreta habentes, nunquam fudaerunt, neq; situerunt. De quibus rationem apud Solinum lege cap. 4.

Osseæ membranæ, quæ Græcis περιστοι, quasi undiq; ossa continent.

Ossium dolor, ὄσοκόπτος.

Os uteri, uulua.

O S C

Oscedo, in mandibularum musculis & thoracis proueniens affectio, quarictus deducitur. Vel,

Oscedo, oris graueolentia. Alicubi pro oris uitio accipitur apud scriptores. Vide Aulum Gellium lib. 4. cap. 20.

Ὥσχεον, communis omnibus interioribus testiculorum sinus: scrotum nostri uocant, alij scortum: isq; ab ima parte medijs tunics leniter innexus est, a superiore tantum circundatus.

Oscilla lupinorum dicuntur a Columella.

O S

ea Plinius noster uocat umbilicos, cuius uerba subscripti: quae sunt haec, cū uerbis Columellæ congruentia. Condi lupinos in fumo maxime cōuenit: quoniam in humido uermiculi umbilicum eius in sterilitatem castrant. Videtur autem dici Oscilla, quasi parua ora tertio gradu diminutinis, unde et oscilla Vergiliana comode deduci possent: quamuis grammatici aliter enarrent, quibus non assentior. Quidam malū legere Oscilla lupinorum, quasi ossa minutula, uocabulo ab osse, non ab ore, deflexo. Verum agricolæ super hoc consulendi. Mos fuit priscorū, ut oscilla fictilia, id est, imagunculae, & sigilla uenderētur, quæ homines per se, & pro suis capitibus in facillum Ditis offerrent in festiuitate sigillariorum. Colum, lib. 2. cap. 10.

Oscines aues, quæ ore canunt, quod non felix semper signum.
Osculum, uetriculi stomachus, de quo uide Galenum de Symptomatu caussis lib. 1.

O S I

οσιριδη διαδημα, Osiridis diadema. Lege, Halimum.

O S M

οσμη ουκ αειδεισ, quod odore est non ingrato.
Osmon, medion herba, apud Dioscoridem libro, 4. capite. 21.

O S P

οσφυτ, quam & *iλυρ* uecat Gale, in descriptione corporis humani, pars ea, deficiente latine appellatione, lumborum nomine indicata est.

O S S

Ossifraga. Lege, *φινίσ*,
Ossifragus differt ab ossifraga. Quia ossifraga septimum genus est aquile, ea uidelicet quæ barbata fertur, & Sanqualis: Ossifragus uero spurius est, & generis postremi.
Ossifragus. Lege, *φινίσ*.

O S T

οσται, uenti in terra, qui sub impetu terræ motus, uno obnixu subuertunt quod impulerunt.

οστελογία, ossium interpretatio.
Ostracites, lapis testę similitudinem habet, globosus, & in laminas fissilis, quo mulieres ad detrahēdos pilos pro pumice utuntur, Dioscorides lib. 5. capite. 156.

οστερόδεμα, Ostripelles,

O S

οστερόδεμα, omnia eiusmodi animantia quae testa teguntur sicciori; propterea quod cutis ijs ostraco, id est, teste ad simili est.

οστούτων, Galenus interpretatur lib. tertio de tuenda ualentud. quasi ossium dolorem. Ostracon, id est, scabrum, incuruum, Balsami fruticum species secunda.

Ostracum. Lege, Onyx.

Ostracum. Lege, Onyx.

Ostrea, lege. Purpuræ & chamæ.

Ostrea, & conchas uocamus omnia quae testis integruntur Arist. lib. 1. ca. 6. de animal.

Ostrinus color. Lege, color uarius.

Ostrea foeminino genere dixit Quintus Serenus. Quo etiā genere nomē ipsum usurpatum est, cum ab Aulo Gellio, tū a Macrobio.

Ostrygignit Aegyptus et Syria: quam et ostryam uocant, solidariam, circa saxa aquosa, similem fraxino cortice & ramis, folio piri, paulo tamē longioribus, crassioribusq. Plinius lib. 13. cap. 21.

O S Y

Osyrias, eadem quæ & Osyris, apud Di scoridem lib. 4. cap. 144.

Osyris, herba Sphondylion dicta, apud Di scoridem libro, 3. cap. 88.

Osyris item frutex est niger, lentus, ramosus, folia item nigra. De qua uide Dioscoridem libro quarto, capite centesimo quadagesimoquarto.

O T

ωταλγία, aurium dolor.

ωτέγχοσ, ocularius clyster.

Otis, auiis bubone minor est, noctuus maior, auribus plumeis illi eminentibus: unde nomen illi. Plinius libro, 10. cap. 23.

Otides, perdicum similes sunt, obesitate autem, corporisq. pondere parum se alis attollunt: quapropter canib. se obnoxios quodammodo cognoscenres, ad eorum latratū extemplo proripiunt sese, latitantes inter frutices. Aelianus.

Othonnam, inquit Dioscorides, aliqui majoris Chelidonæ succum esse aiunt: alij succum e florib. corniculati papaueris expressum: alij permistos ceruleq. Anagallis, Hyoscyami, & Papaueris succos esse contendunt: alij Trogloditicę herbę succum, nascique in eo Arabiæ tractu qui ad Aegyptum spectat. Lege Dioscoridē lib. 2. cap. 202. & inibi Cōmentarlos.

O V

ωτικοὶ κλυσῆς auricularijs Clysteres.
ωτικὸς κλύσης, Clyster auricularis.

¶ O V

Oua Pythagore, κύαμοι dicta sunt: iussitq; non a fabis, sed ouis abstinere Pythagor. Qui putamen in aceto liquatum & maceratum liqueficit, & mollius fit.

ων εφθα, quæ inmodice arta, & plus paulo prophetis.

ων ιενθρον oui luteum.

Oua. Vide, Didymus.

Oua Teganista, a patellis & sanguine dicta, succi deterrimi.

ων ὄφεντα, rosta cinere.

Oua exapheta, siue τρίχται, hoc est, quæ in aquam calidam mittuntur, immergiturq; cum garo, & uino, & oleo coquenda lento tñ igni, ac modice coagulanda, ut inquit Paulus. Nā & quoddam obsonandæ carnis genus τρίχται uocat, quod haud multum distare Barbarus existimat ab eo, quod dicitur ἀγάλπασον.

Ouum sorbile uocatur, quod in coctura cōcepto tantum calore, uix densari incēpit, & liquidū adhuc calet potius q̄ coctū sit.

Ouum durum, siue igne duratum, quod extrema coctura ad eam duriciem peruenit, ut cōmanducari & teri dentib; possit.

Ouum tenerum, siue molle, quod ulteriore coctura densatum quidem, non tamen duratum penitus fuit.

Ouum elixum & semicoctū. i. molliculū.

Ouū. De ouis, & eorū iuuamētis, lege Dio scoridem lib. 2.

Ouipera animalia quæ oua pariunt, ut aues fere omnes.

Oues reiſculæ, quæ ætate, uel morbo graves reiſciuntur.

¶ O X A

Oxalme. Lege, Garum.

ጀελισ, rumex est acri sapore, fuluis ramulis & folijs, caule, itemq; semine quadrangulari, pallida radice. Aecius sermone. 10. cap. 18. Quartū Ruminis genus Acetosa.

O X B

ጀεα, acuta, acetosa.

O X I

Oxingion, nunc acetifēcēm, nunc axungiam significat.

O X O

Oxoleon, acetum oleo mistum.

Oxfartysia Græci libros dicunt, quibus cō

O X

diendi præcepta continentur.
Oxfartysia, artificium cibos condiendi.

¶ O X Y

ጀυάκανθα, acuta spina, quam pytianthen, aut pyrinam aliqui uocant. Arbor est pyrastro similis, spinosa, & minor. Baccas profert myrti, plenas, rubras, fragiles, & intus nucleus: radicem multifidā, alte descendētem. Hermolaus Barbarus, acri uir iudicio, a ruralibus Crispinā quoq; dictā existimat, quasi acrem spinā, ex cuius acinis etiam uīnū conficitur, Crispinum uocatum, eodem fere usū quo uīnum ex malo punico: unde mihi suspicio sit, esse forsan spinam quam nos, & uulgo officinæ Berberim uocat, nam & ex Berberis bacis uīnum cōficitur, quod malipunici uīnū æquat: nec uideo quid possit contradici Oxybaphi meminerunt Aristophanes & Pollux. Plinius in .20. dīſſerens de foeniculo, sic scribit. Idipsum condimentis prope omnibus inseritur, oxyporis etiam aptissime. Ex eodem quoq; genere est Oxygarum. sic enim uocant liquamen Græci cum aceti mixtura conditum. Plini. in. 31. docet, liquoris exquisiti genus esse quod garon uocauere: quod olim conficiebatur ex pīſce quē græci garum uocabant: unde & nomen. Postea ex sombro pīſce laudatissimum factū est, appellabātq; garū socio rum. De oxygaro ait Martialis. inter lactucas, oxygarumq; uber. Col. lib. 12. cap. 56. Oxybaphi mensura. i. mēſura acerabuli.

Oxycedrus, id est, Cedrus acuta; atq; hanc propriæ cedrum uocare malunt, quæ acutior, durior, spinosior.

Oxycratū, acetū aqua mistum: alias posca, uel pusca. Nam utruncq; uideo usupari.

ጀυδροκία, acuties uisus, claritas oculorum.

Oxygalam, docet Plinius appellari butyrum quod in summo fluit & supernatur:

cuiq; exempto, sal & oxygala, alio modo, uidelicet recēs lac cū acido lacte miscetur,

ac escitq;: quod et utilissimū stomacho. gr̄ce dicitur ὄφη, acetum, ἡ τὸ γάλα, lac.

Inde copulatis dictionib. fit oxygala. Galenus meminit casei, quē oxygalacticum

appellat. Nūc noster Colu. plurimis cōdīmētis docet oxygalā fieri. Colu. li. 12. ca. 8.

Oxyglycus, ex acoro, & dulci aliquo medicamento, compositū medicamentū.

Oxygarum. Lege, Garum.

O X

- οξυλίπης*, panis genus cum aceto cōfecti, cuius olim in dysenteria erat usus. Lege Galenū octauo Method.
- Oxylapathon uocant, quod in acutum tendit, prædura habens extrema, non nisi pauli tribus nascens. Aliud est satiuū, illi dissimile. Lege, Acetosa.
- Oxylepes, panis squarosus, & acidus: datur febrentibus, & quibus alius fluitat.
- Oxyliparum. Lege, Garum.
- Oxymala. Lege, Malus medica.
- οξύμελι*, Acetum, Mulfum.
- Oxymel, uoce græcanica uocauerunt uinū ex aceto & melle factum. Nam ὄξος, dicitur Grēcis acetum, & μέλι, mel. Fit autem Oxymel hoc modo. Mellis decem libræ, cū aceti heminīs quinq̄, hæc decies subfuerint, atq̄ ita sinunt inueterare. Themisonius autor, damnauit oxymel, & hydromel. Est autem Hydromel uinum ex aqua et melle factum: unde & nomen. Celebrat autores & omphacomet. quod fit ex uua semiacerbe succo, & melle fortiter tuto: unde nomē. Grēce enim ὄμφαξ dicitur uua acerba, & ὄμφακεσ, uocant uias & fructus inmaturos. Hinc omphacatum oleum dictum, quod ex olivis acerbis, quas uocat drypas, & omphacium ex uua, quod uulgo agreste nominant. Columella lib. 12. cap. 55.
- Oxymelitis cōpositionem, lege apud Galenū quarto de sanitate tuenda.
- Oxymyrsine, Ruscus apud Dioscoridem lib. 4. capite. 147.
- Oxymel passularū, ab aceto & melle, & passulis dictum.
- Oxyphyllon, Geranium alterū apud Dioscoridem lib. 3. cap. 130.
- Oxyphyllon, Trifoliū apd' Dios. li. 3. ca. 122.
- Oxyporum. Condimenta quibus inest acetum, quæque aceto diluuntur, generali uocabulo uocant oxypora, Grēce enim τὸ ὄξος acetum dicunt. Ex eodem genere est oxybaphon: quasi dicas, intinctum aceti. Quanq̄ oxybaphon uas quoq̄ sit acetum continens. ut docet Suidas.
- Oxypora pharmaca. i. cito penetrantia, de scribuntur ab Aecio, sermo. 9. cap. 24.
- Oxypternos, oxysthmos apud Diosc. libro quarto, cap. 55.
- οξυρόδινον*, acetum roseum.
- οξυργυμικόν*, ructus arridus.

O Z

- Oxysachar, cum sacharo mixtum acetum, idq̄ uisce mellis.
- Oxytonon, papauer erraticum, apud Diocoridem lib. 4. cap. 67.
- Oxytonon, papauer sativum apud eūdem Diocoridem lib. 4. cap. 68,
- οξυτρίχυλον*, id est, Trifolium acutū. Vulgo interpretari audio Alleluia, uel Acesfellam herbam humi repētcm, et acetose saporem referentem, floribus albīs.

O Z

Ozena, polyporum pīscium generis: dicta a graui capitī odore. Plinius lib. 9. cap. 30.

Ozeni. Lege, Casia.

Ozenitis, nardus uitiosa. Pli. lib. 12. cap. 12. *οξάννη*, notissimū medicis in naribus malū, & quod ab ingrato odore nomen inuenit: carnis corruptione illic factum, fere incurabile, Paulus.

ὄξοι, in minoribus & plerūq̄ annuis plantis geniculi, unde folium germe & siliqua profertur; quale in harundine, graminisq̄ radicibus est uidere. In maioribus arboreis nodi uocātur: unde se noui profertur surculi & rami, qui certo spacio inter se distantes bini, triniue, & aliquando quaterni (ut in abiete) prodeunt. Sæpe etiam rami uocātur *ὄξοι* in alijs scriptorib⁹, quoniam ex illis ramis primū tumēt. Meminit & Marcellus Verg. annotatione in Diocoridis Cinnamomum libro primo.

Oxycroceū. Lege, Emplastrū oxycroceū.

Paderota, id est, Opalus lapis, propter eximiam suam gratiam. Vide Plinium libro. 37. cap. 6.

Padus, quē Oribasius interpretatur Attalus Medicus.

P A G

Pagonaton, Tussilago, uel Bechion apud Dioscoridem lib. 3. cap. 124.

Pagri, pisces marini. Plin. lib. 9. cap. 16.

Paguri, cancrorum gentis. Plin. lib. 9. ca. 31.

P A L

Pala, arbor Indiæ, folium eius alas auium imitatur, longitudine trium cubitorum, latitudinis duum: fructū e cortice mittit.

Palacas, massas aurī uocari in Hispania, autor est Plin, repertas in puteis decussis posdere: quas & Palaceanas uocant.

παλακήν, ficus fructus.

Pala, ut inquit Strabo, purgatoris aurigle-